

sub predictis apodictis per predictum notarium singulatim
no uno cum conscientia iudicis redigendis in scriptis, tam
per eundem iudicem quam per predictum notarium sub si-
gillis eorum post depositum eorum officium curie presen-
tandi.

[7.] Item quod omnem pecuniam ad te tam de generali
subventionis quam aliunde ratione tui officii proventuam
ad pondus generale recipias; totam quantitatem eiusdem
subventionis et exactorum quarumlibet, que per te in
decreta tibi provincia colliguntur, ad idem generale pondus
recipi facias; ita quod ne per collectores huius, qui pecuni-
am ipsam solverint eisdem, nec per te collectores ipsi in
assignatione ipsius pecunie occasione maioris ponderis
defraudentur; toto eo, quod contra quendam ^{a. 1} ~~edicti~~ ^{seriem} ~~et~~
~~et~~ occasione maioris ponderis contingerit extorqueri, per
te in quadruplum curie persolvendo.

Reg. ult. 7.

[8.] Item omnem pecuniam, quam ad cameram
destinabis, sub sigilli tui impressione transmittas, quod,
si alter feceris, id, quod de summa pecunie, quam
ad cameram nomine te scripseris, in pecunia ipsa
in camera assignanda forte defecerit, a nunciis, per
quos pecuniam miseris, vel ab universitate, que
nuncios ipsos elegerit, sicut ferebat lactenus, ab ipso
ferius exigere non presumas, cum tibi tantus ~~defectus~~
tus huiusmodi debeat imputari.

Tantus

[9.] Item quod in decreta tibi provincia ab omnibus
iurisdictionibus tue durante officii tui tempore, bona
stabilia vel alia, ^{aliqua 2)} ~~si sua~~ ^{et} emere, ab universitatibus ter-